



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

45 Haeretici non relapsi resipiscentes, ad misericordiam, & abjurationem  
sunt admittendi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

detegetur, sunt omnia opera, per quæ deviant à communi vita, & conversatione fidelium, aut ab Ecclesiæ probatis ritibus, & consuetudinibus, aut à receptis patrum doctrinis, & præceptis, quæ communes magis, quam privatos mores respiciunt, aut hæresim inducunt, aut hæresis suspicionem, sicut est circa aras idolorum nefarias preces emittere, sacrificia offerre, dæmones consulere, eorum responsa suscipere: vel associant sibi hæreticos propter sortes exercendas, ut faciant prædicta cum corpore, vel sanguine Christi: vel in sortibus, ut possint habere responsa, puerum rebaptizant, vel his similia, de quibus

42. Abjuratio ¶ enim est solemnis hæresim detestatio cum assertione catholicæ veritatis, & obligatione, juramento, & poena inuncta permanendi in fide Christiana, cap. ego Berengarius, de consecras. dist. 2. cum alijs allegatis per Pegna in eod. Direct. Inquisit. par. 3. comment. 40. vers. est autem abjuratio.

43. Ufus ¶ abjuratōnis salubriter fuit institutus ob continas frequentesque hæreticorum fraudes, & intercadentias; ut abjuratōnis rubore adacti, & quasi vinculo constructi, & alligati, cogentur sub vinculo juramenti, & formidine temporalis poenæ, in catholicæ Ecclesiæ unitate permanere; ne liberum eis esset, impunè quoties vellent recedere, ac Ecclesiam delu-

dere; ut constituit Leo I. epist. 48. ut refert Conrad, Brun. lib. 3. de hæres. cap. 6. & Pegna eodem comment. 40. vers. fuit verd olim.

44. Abjuratio ¶ autem est quadruplex, de levi, quo ad eos, qui nolunt, vel non possunt canonica purgatione levem suspicionem abolere; de vehementi, quam facere tenentur, qui vehementer sunt suspecti; de violenta, quam violenter suspecti abjurare sunt condemnandi; & de formali, ad quam formales, & verè hæretici admittuntur, Pegna eodem comment. 40. vers. abjuratōnem hanc.

45. ¶ Omnes enim hæretici non relapsi, si resipiscant, & ab errore resiliant, ad misericordiam, & abjuratōnem sunt admittendi, cap. ad abolendam, §. presentis, extr. de hæres. sed diversis poenitentis, & poenis plectuntur.

46. Quoniam, qui, ut hæreticus, errorem suum agnoscit, spontè ad Ecclesiam redeundo, antequam sit accusatus, vel denunciatus, poterit de jure communi ab Episcopo, vel Inquisitore ab excommunicationis sententia, qua fuerat innodatus, absolvi, ut officium, in princip. de hæres. in 6. Direct. Inquisit. 3. par. quest. 92. & Concil. Trid. cap. 6. de reform. sess. 24. Ubi non tamèn Vicariis Episcoporum est permissum, sed, quòd nec Episcopi occultos hæreticos in foro conscientie amplius virtute concilij absolvere possint, nec Inquisit. imò, quòd nullus præter Papam, & ita fuisse Romæ resolutum à Pio V. die 10. Junij 1568. refert congreg. fact. concil. ut in decis. super cap. 6. de reform. sess. 24. sub tit. Valentin. & tenet Navar. in Manual. confess. cap. 27. numer. 275. & clarius Pegna in eodem Direct. Inquisit. par. 3. ubi quòd in supremo

Præto.